Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



fecerunt me et plasmaverunt me totum in
circuitu: et sic repente precipitas me?
Memento queso quod sicut lutum feceris
me: et in pulverem reduces me. Nonne si-
cut lac mulsisti me. et sicut caseum me
coagulasti? Pelle et carnibus vestisti
me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam
et misericordiam tribuisti michi: et visita-
tio tua custodivit spiritum meum. R.
Memento mei deus quia ventus est vita
mea. Nec aspiciat me visus hominis
V. Et non revertetur oculus meus ut videat
Responde michi: quan- lec. iiij bona
tas habeo iniquitates et peccata:
scelera mea et delicta ostende michi. Cur
faciem tuam abscondis. et arbitraris
me inimicum tuum? Contra folium quod
vento rapitur ostendis potentiam tuam:
et stipulam siccam persequeris. Scribis